

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio  
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

**[S.l.], 1727**

Sectio 10

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

Pallad.  
Hist. Aug.  
c. 20.

Ambros.  
l. 3.  
ep. 19.

Leo M.  
Serm. de  
quadrag.

serves te ipsam, quem ex omnibus tibi elegisti. fuge publica  
fuge et ipsos domesticos, secede ab amicis, et intimis, etiam ab  
illo qui tibi ministrat. quid B. Macarius Alexandrinus? sta-  
tui C. notanter ait a pud Palladium, quinq; dies, vitam mentem  
meam ita componere, ut a Deo aselli non posset, et nihil aliud  
omnino cogitare; et cum id a me statuerem, clausi cellam  
meam et aulam eamque, et nulli responsum darem. pleniore  
vero eiusdem secessus Macariani rationem reddideris, auctor  
modo laudatus. volebat (addit) ita se gerere, ut qui aliorum  
curis occupatus, semper hac aequè perficere non posset, saltem  
per intervalla temporum, pro parte animi sui desiderio satis-  
faceret. aliam quandam, nec minus validam veterum non-  
nulli rationem attulere, cui pietatis ferventioris alumni, sine-  
raque profelyti penitentia, ab incondita usu multitudine  
sibi abstinendum duxerint, et sobriam a turba culti proclari  
D. Ambrosius inquit, gravitationem retinendam: quod nimirum  
illi sint oculi Ecclesie mystici, qui in Cantico Canticorum docent  
quoddam, et arcano pericillo depingantur, quos etiam pro-  
pheta Ezechiel ut peritus manu phrygio, Attalico in  
peristromate vividis coloribus expresserit, cum animalia mirandi  
splendoris, et oculata proposuit, quae Numinis curram  
circumvebant. idcirco quam diligentissime providendum est,  
ne frequenti cum plebe commercio, delicata eorum ocu-  
lorum acies obscuretur, et ne quis fumus inanimum rerum,  
et Babylonius pulvis eorum oblectat. sane cum sapientissima  
contingat, ut (deone M. observante) mundano pulvere  
etiam religiosa corda sordescant, nihilque facilius in vita  
huius imbecillitate sit, quam ut fortissimi etiam, et robus-  
tissimi cum turba inani per abrupta et devia ferantur,  
haud abs re sanctissima illa prudentissimaeque anima, una  
mentium contentione putavere, esse opus, ut qui spreto va-  
nitate, pie iustè vivere velint, innocentiamque suam  
tueri a populi se tumultu ruigique removeant, inque pio  
quodam secessu, velut arcana sapientia dives foris ab-  
scinditi, illud opus operum, maximumque inter omnia, et  
saluberrimum negotium, hoc est, seriatim a vanitate ad  
pietatem christianam conversionem meditentur.

### Sectio 10.

Mira, felix, et subitanea quorundam  
Veteris, et recentioris aevi Liberatorum  
Conversio, singularibus illustrata exemplis.

Mirum valde mutationis genus, Regum Iffac-  
 liticorum ante signatus subijt, cum ex agasone Reperiti  
 Vates factus, caelestia oracula edidisset atq; paricum Taber-  
 naculi, ministris religione hymnos decantaret, insilijt quippe  
 spiritus Domini super eum, ut in medio eorum prophetaret.  
 factum hinc, ut rei novitate attoniti, Divinorumq; oraculorum  
 reverentia commoti exclamarent: quam res accidit  
filio Cis, num et saul inter prophetas? Equè subitaneus est  
 longè felicior atherius saulis (qui pauli postea nomen  
 accepit) fuit mutatio: quis enim satis suspiciat, rabidum  
 persecutorem in momento factum Ductorem? Dum intrat  
 lupus rapax (Augustini verba sunt) stabula pecudis, subito  
 et ipse factus est ovis, et eversus: quid volebat saulus nisi  
 ut evaderet, et traheret, vinceret et necaret Christianos?  
 quam rabida voluntas, quam furiosa, quam caeca, qui  
 tamen unà de super voce prostratus, occurrente utiq; tali  
 viso, quo mens illa et voluntas, refracta, sevitia retorque-  
 retur et corrigere ad fidem, repente, ex Evangelij mira-  
 bili persecutore, mirabilior prædicator effectus est. quid  
 quod subitum hoc in paulo gratia caelestis opus, Gregorius  
 M. dardari suscitatori Congipime præferendum esse iudi-  
 carit, et Chrysostomus cunctis christi miraculis ratus, sit  
 anteponendum. Nec minus sibi idem penitentium illust-  
 riorum exempla proponens. Considera, inquit, paulum  
 Apostolum, prius persecutorem postea annuntiatorem,  
 prius pervasorem, postea dispensatorem: ante hoc dardaniam  
 post hoc frumentum. ante lupum, post hoc pastorem, ante  
 plumbum postea aurum: ante piratam, postea guberna-  
 torem: ante disperasorem ovium, postea dispensatorem  
 Ecclesie: primo evellentem vineam, postea plantantem:  
 prius dissipantem, et postea edificantem? vidisti multimo-  
 dam malitiam, sed respice ineffabilem misericordiam.

Vidit equidem christianus orbis, si non æque mira-  
 culosus, æquè tamen festinus gratia caelestis partus, vidit  
 insignes aliquot laudesq; perenni dignipinos sacra meta-  
 rae proselytos, qui postquam multum temporis vanitati  
 impendissent, omnemq; insensitatem (qua M. Basilij de se  
 ipso verba sunt) inani studio attribuerent. tandem aliquando  
 velut ex gravi somno experge facti, in alios plane mutati  
 sunt viros; insilijt quippe spiritus Domini super eos, poten-  
 tiaz suæ effectus virtute, ut cum laudato Basilio ad Evange-  
 licæ veritatis admirabile lumen repererint, agnitam sa-  
 pientia mundana inutilitate, et vitia suâ miserabili de-  
 plorati, Ductorem non solum sibi dari optaverint, verum  
 calidius etiam consecuti sunt, qui à profana doctrina, et  
 vita vanitate, ad vera, sinceramq; pietatis dogmata eos

i. Reg. 19.  
v. 23. 44.

August.  
serm. iob.  
de divers.  
serm. l. 2.  
ad simplic.  
9. 2.

Gregor. M.  
C. 3. Dial.  
c. 17.

Chrysost.  
hom. 2.  
in ps. 50.

introducere. Comparent novem illustres prius Ecclesie Doctores in pio nostro seculo, totidem Mystagoga Christianorum elogio ornati: ut potest Theophilus Antiochenus, Justinus philo-  
sophus, Basilus M. Aurelius Augustinus, Hilarius picta-  
viensis, Joannes Chrysostomus, Ephrem Syrus, Hieronymus  
Stridonensis, et Bernardus Caravallensis: qui omnes atque  
singuli Divina gratie radijs illustrati, et caelestis spiritus  
acceptione beati felicissimam istam mentis ad Deum, et  
pietatem sinceram converte, subiere mutationem. Nec  
minus illustra metamorphoseos illius exemplum, et Docu-  
mentum dedit biga sanctorum apostolorum (sive Doctorum  
a vanitate ad pietatem solidam convertorum) ornatissima,  
Cacilius scilicet Cyprianus, atque Paulinus Episc. Nolanus.  
Equidem si ullius unquam Liberati vitae conversio mi-  
rabili, memorabilis, et quae excepit felicitas in honore fuit  
Magni illius fuit Cacili, ut plane idem quaedam est exemplar  
illusterrimum dici queas heruditi, profana, valedicentis vani-  
tati, et Christi regnum, excipit doctrinarum subtilium occu-  
bus suscipientis. Nimirum postquam idololorum cultum (qua  
S. Nazianzeni verba sunt) pariter ac adamas profana  
Scientia copias, litigantium rixas et contentiones, Rhetorum  
mendacia, Senatorum dignitatem, gloriam fluxam, et fra-  
gilem, aliisque omnia vera fidei ac sincerae pietatis amore  
reliquisset, et a mundo se junctus, cuncta quae in eo sunt, ab-  
sino supercilio despicit, ac ei tantum, qui optimus Maximus  
est, vivere coepit: optatissima transcriptus fuit libertas,  
Christusque benignissime vocanti vindicatus. quam vero latitiae  
et spiritualis gaudij segetem ex ea mutatione Cyprianus  
acceperit, ipse verbis significantissimis Donato suo Cum  
ambo nuper a secularibus oratorum disciplina ad Deum  
conversi, una ferijs vindemialibus rusticarentur, exposuit  
ea epistolam, quam ceteris Doctorum Veterum ad pariter-  
tate vera Studium exhortationibus autumnavimus, socianda.

Nazianz.  
orat. 18.

Ad eundem sacra Metanae, celsissimum gradum  
et verticem, asperum quoque, quem diximus, sanctum apo-  
statum, Paulinum scilicet Nolanum ascendit, vitaeque labo-  
riosa et onerosa saecula deposita, Christum accepit  
sepius reficiendam, eundemque gratia, solidam animae quiete  
(frustra quosdam alibi) feliciter esse adeptum, alio loco  
prolixè demonstravimus, atque de admiranda sua ad Deum  
conversione disperentem audivimus, et caelestis benignitatis  
scatebras in se effusus, elegantissime decantavit. H.

\* Singularem cum primis observationum merentur  
verba Paulini in Epist. 41. ad S. Augustin. Ita so-  
nantia: sum laboriosus etiam nunc sub magno ho-  
nore peccator; veteranus in numero peccatorum,

Sed aeterno Regi novus incorporea tyro militia.  
 Sapientiam mundi miser hucusq; miratus sum,  
 et per inutiles literas, reprobataq; prudentia  
 Deo stultus, et mutus fui. postquam inveteravi  
 inter inimicos meos, et evanui in cogitationibus  
 meis, lavavi oculos meos in montes, ad praecepta  
 legis, et gratia dona suspiciens, unde mihi au-  
 xilium venit à Domino: qui non secundum ini-  
 quitates retribuens, illuminavit caecum, solvit  
 compeditum, humiliavit erectum male, ut erigeret  
 humiliatum pie; sequor igitur non aquis adhuc  
 passibus magna iustorum vestigia, si possim ora-  
 tionibus vestris apprehendere, in quo Dei mise-  
 rationibus apprehensus sum.

Quidni plures advocemus viros, doctrinâ pariter ac  
 mirabili suâ ad Deum, et sacra Metanaea. Studium con-  
 versos, in quibus tantam gloriam Dominus magnificentiâ  
 suâ fecit, ut multâ stultâ in Doctrinarum profanarum  
 propagatione transactâ, omnes dahinc cogitationes suas  
 ad Divinarum rerum infelligentiam contulerint, aeterna  
 mundanis, immortalia caducis, Divina humanis felicissimâ  
 optione anteposcentes; et ad ipsam salutis portum, quem  
 diutina delinquendi a pueritudine longius deseruere, tandem  
 aliquando imperiosissime aspirantes.

Illustre admodum Literati S. metanaea proselyti  
 exemplum et documentum dedit Asidorus Hispalensis,  
 cum post impensam variis profanis studiis plurimam ope-  
 ram, tandem aliquando et ipse serenatae caelesti beneficio  
 mentis oculos aperisset eundemq; cum Magno Basilio  
 ad pietatis dogmata ductorem timorem pura Dominicum  
 epus consecutus. Etenim non nisi magistri illius auspiciis  
 factum, ut conversus à variis ad sacra studia Asidorus, con-  
 fessionem amiserit, cunctis Literatis sanitate imitanda  
 qua talis: Succurre mihi Domine Deus, antequam moriar,  
 antequam mors me preveniat, antequam barbari me rapiant,  
 antequam flamma me comburat, antequam tenebrae me invol-  
 vant. subveni mihi, priusquam ad tormenta properem,  
 priusquam à gehennae ignibus devover, priusquam sine  
 termino crucier. Reus enim iudicij sui timore terreo,  
 pavore peccati iram tuam formido immanitate sceleris  
 examen tuum trepidans, conscientia meo: si enim iustus  
 vix salvabitur, ego impius ubi ero. quid faciam, dum ve-  
 nerit tremendi horre iudicij? cum examen venerit, quid re-  
 spondeam? quid ergo dicturus cum ante tribunal Christi  
 fuero presentatus? vane diem illum quando peccavi?

Vit. et act.  
 Asid. Hispa  
 Roma editi  
 1606.

o dies detestanda! o dies abominanda! melius mihi fuerat  
non esse ortum, non fuisse genitum, melius non esse in sacro  
lo procreatum, quam alternos perpeti cruciatus. optabam  
à peccati nexu se solvi, cupiebam à consuetudine mala retractari  
desiderabam à vitio recedere; sed difficile est peccandi consue-  
tudinem vincere, pravus usus vix aboletur, assidua consuetudo  
in naturam vertitur vitii, animus sceleribus deditus, ab his  
divelli ne triguam potest. tanta sunt mea vitia, ut vix evelli  
possint: vix credo peccata mea ullo spatii temporis exolescere  
ultro me miserum vitia, spontaneo dudum studio me pol-  
luis propria voluntate meâ me maculavi. Bonus eram,  
spontaneo ad peccatum dilapsus sum. Liber eram, spontaneo  
factus sum debitor mortis. infelix ego, peccatum sponte  
mihi prius ipse paravi, ego prius occasionem peccandi amp-  
lexus sum, nunc peccandi usu adstrictus teneror: mala con-  
suetudo me sibi graviter implicavit. longa consuetudo in me  
vitiis sibi, et legem fecit. volo agere bonum, sed desideria  
consueverunt non seruire. pravo usui contraire nititur, sed carnis  
desiderio aggravor. ad iustitiam me amor erigit, sed ad pec-  
catum consuetudo constingit. flate me celum et terra:  
lugete me omnes creaturas: peccavi enim crudeliter lapsus  
sum fortiter, cecidi graviter, corruis miserabiliter: nullus  
enim invenitur peccatum, cuius sordibus non sum coinqui-  
natus: nullus est moribus vitiorum à quo non contraxerim  
contagium: nulla sordium sentina exiit, qua in me  
miserum non confluxerit. ut bene viverem, ultro promisi  
quod pollicitus sum, nunquam servavi. va mihi Domine,  
quia consumptus sum: va mihi, quia defecit anima mea.  
parce Domine, parce Dolore meo, parce quæso, merori meo.  
Da veniam, Da indulgentiam. Heu mihi infelix, heu mihi  
mifero in turbi peccatis precipitato. quis miserebitur  
mihi? quis consolabitur me, nisi tu redemptor animarum?  
miserere mei, quia est in tempestatibus anima mea. ubi es  
custos hominum? ubi es animarum redemptor? ubi es o  
pastor bone? cur sprevisisti? cur aseretisti faciem tuam  
à me? ut qui longè factus es consolator anima mea?  
Revertere iam Deus meus, et non obliviscaris mei in finem,  
non me in perpetuum deseras, non me in potestate De-  
monum derelinquas. nullum relinquis, nullum spernis,  
nullum detestaris, nullum excludis à misericordia tua:

Sed ultro offers clementiam; peccantes expectas ut redeant.  
 Ostende igitur in me clementiam tuam, pateat mihi veritas,  
 pateat indulgentia; non abneges uni, quod plurimis largitus  
 es. Scelera mea non defendo, peccata mea non vindico.  
 Displicet mihi, quod male feci. Displicet mihi quod peccavi.  
 Offensam fateor, errorem confiteor, culpam agnosco, vocem  
 confessionis aperio. suscipe, quæst, vocem confitentis, attende  
 vocem deprecantis, audi vocem peccatoris ad te clamantis.  
 peccavi Domine Deus, peccavi, misereere mei, parce malis  
 meis, ignosce peccatis meis, dele omnes culpas meas. patent  
 tibi vulnera mea, coram te agnitio mea; tu vides, quantum  
 laniatus sum, et languidus; medicinam quæ sanet, tribue;  
 medelam, quæ cures, impende: effice infectum vitij, re-  
 forma corruptum peccatis, extingue in me flammam con-  
 cupiscentia, iacula ignita diaboli ultra me non perstent,  
 et non exardescant in me ulterius. parce mihi, antequam  
 eam; munda me, antequam ab hac vita egrediar; solve  
 priusquam moriar, peccatorum vincula, Trinitas sancta,  
 quæ vivis et regnas in unitate Deitatis, per omnia secula  
 seculorum, amen. ita præclare scribens Sidorus.

Hispanum S. Melanda profelytum excipiat na-  
 tione gallus, Guibertus videlicet de Norwinto, qui splen-  
 didissimum orbis oculum, B. Augustinum sequutus, vitam  
 male anteaquam gemebundus recoluit, tribuitq; integris Mo-  
 nadiarum libris deflevit, pariter ut S. Aurelius, matris  
 sua acceptam ferens, quod e corruptis moribus, ad virtutis  
 et pietatis studia traductus fuisse. iurat aliqua ex  
 libri primi initio adscripsit, quæ a pertissimum contribiti  
 pectoris indicium faciunt ad h. m. confiteor amplitudini  
 tua Deus, infinitorum meorum errorum decursus, et creber-  
 rimos ad miserationis interna, quos tamen inspirasti, recur-  
 sus. Confiteor pueritia, ac iuventutis mea mala, adhuc etiam  
 in maturâ hâc ætate astuantia, et inveterata pravitate  
 studia, nec dum sub defatigati corporis corpore cessantia.  
 quoties, Domine per severantissimarum impunitatum mea-  
 rum recordor, et qualiter pro eisdem compungi semper do-  
 naveris, reminiscor; patientissima tua in me viscera, supra  
 quam cogitari potest, admittor. si compunctio, et orationis ef-  
 fectus, nequaquam sine tuâ spiritali infusione habentur;  
 quomodo tam dignanter i illis peccatorum pectoribus patens,  
 et averis a te, imò te irritantibus tantam gratiam dilargi-  
 ris? tu scis patientias magna nimis, quam obstinata a di-  
 versis eor, qui in offensam nostram incidunt, corda gerimus,

et is, qui semel aut pluraliter in nos, aut vultus, aut verba  
tulerunt, quam agrè remittimus. at te non modò pius, at  
verò ipsa pietas, imò eius origo. — fons cum sis, et cum  
quòd emanat, omnibus debeas, planè quòd omnium est, in-  
gulis non pròcludis. semper ergò peccans, at inter precandum  
semper ad te rediens, an pò fugax, piumve de cernis, cum ad  
pietatem recurreres, perdes pietas, quòd est, et etiam offensa  
ne multiplici, obecta, invenisti in solens? nonne tibi dicitur,  
quia non continebis in irà tuà misericordias tuas? Has non  
modò in presenti, sed et in aeternum futuras idem cantat.  
Tu scis, quia non idè pecco, quòd te misericordem sentis,  
sed secure profiteor te idè misericordem dici, quòd sis  
veniam postulanti pròsto. — pecco, sed ratione re-  
ceptà, in affectum cordis transipa me pariter, tamq̃ ster-  
coris, copinis mens graviter invita succumbit. sed inter has  
quotidianas cògritudines, qualiscunq̃ resurrectionis à lapsu  
quid facerem? multò sanius nonne est in te ad tempus erigi,  
in te vel momentaneè respirare, quam pròpò non meminisse  
remèdij, et de gratià desperare? et quid est desperare,  
nisi in omni flagitij volubrum, sèpè ea deliberatione  
projicere? ubi enim carni iam nullatenus spiritus reluctat,  
et infelicio anima substantia voluptatum dissipatio profligatur.  
is est, qui aquarum tempestate demergitur, pro-  
fundo sebetur, ad reprobi cumulum sensus, os de super pu-  
ti perurgetur. Dum ergò, Deus bone, post has interioris mei  
hominis temulentias ad te respicit, sin alias proficio, saltem  
interim nequaquam à mei cognitione deficio. quomòdo enim  
ad tui notitiam scintillarem, si ad me videndam cacutarem?  
si planè iuxta Jeremiam vir sum videns paupertatem meam,  
consequens est, ut ea, quibus illa suppleatur egestas, soleber  
exquiram. et è diverso, si non sciero quòd sit bonum, unde  
malum vel nosse, nedum execrari potero? si pulchritudinem  
non noverim, nunquam faditatem horreo. quia igitur  
utrumq̃ constat, ut per mei notitiam, tuam petam, et  
fructus tuà, illico meà non caream: dignosque singulariter  
salutare est, ut obscuritas rationis meae, per huiusmodi con-  
fessiones crebrà tui luminis inquisitione sergatur, quo  
stabiliter illustrata, nunquam deinceps à se nesciatur.  
Deploris ad h. m. vita sua peccatis, Guibertus quòta pira-  
tissima malis sua, equè de beneficia sibi à Deo collata  
prolixè memoravit, atq̃ misericordiam celestis gratie vim in  
reducendis mortalibus deijci proprio suo, planèq̃ memorabili



exemplo pluribus pulavit de predicandam.

Habuerat ille non gente adeo, quam mente, et  
 imperfissimo in S. Melanae studia amore, aequali Hu-  
 gonem de S. Victore, qui posteaquam maximos in Lite-  
 rarum campo progressus fecerat, atq; philosophicis primis  
 deinde Theologicis scholis esse profectus, omne tempus  
 tum in alijs, quae ad pietatis cultum pertinent, tum pra-  
 cipue in provehendo saluberrimo autognosia, atq; pe-  
 nitentia studio, statuis in sumendum. Testantur de eo  
 libri, quibus vita pie laudabiliterq; instituenda ratione  
 tradidit, quibusq; cum primis effecit, ut sui temporis claru  
 lumen, et altis fuerit appellatus Augustinus. Minime  
 equidem dubitavit Hugo ad beatissimi huius patris exem-  
 plum, errata sua, vitaeq; anteactae navoz sigillatim expli-  
 care, ac coram sanctissimo Munine, arcanos cordis sui  
 depravatisimi recessus adaperiendo, iustissimum dare  
 S. Melanae profecti, exemplar, dignum omnino, quod  
 nullo tum non eruditorum conspectui obveniat. Terret me  
(scribit inter alia significantissima) vita mea, Deus meus,  
quoniam Diligenter discipula apparet mihi aut peccatum  
aut sterilitas: et si quid feceris in ea videtur, sic est aut  
simulatum, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum,  
ut possit aut non placere, aut displicere tibi. — idcirco  
multitudinem iniquitatum mearum ea pavescens, sed de  
tua pietate confidens, tibi Creatori, et Redemptori meo  
confiteor quoniam in peccatis conceptus sum, et in peccatis  
natus, et per omne tempus vita mea usq; ad hanc diem  
in peccatis sum conversatus. Nullum invenio peccatum,  
a quo non in aliquo modo inquinatus. per superbiam  
namq; praecpta tua et seniorum meorum transgressus sum.  
Suadentibus mihi in malum consensu, facilius multa in imo,  
quam unum in summo cogito, facilius reprehendo aliorum  
vitia, quam mea, et quod in alijs reprehendo, facere non  
erubesco. facilius uniuscuiusq; vitia, quam virtutes inter-  
do. cum aliorum Delicta cerno, mea non aspicio. in  
meis Delictis sum clemens, in alienis rigorem tenere volo.  
Ad irrogandas contumelias sum validus, ad tolerandas in-  
firmus, ad obediendum piger, ad lacependos vero alios im-  
portunus, ad ea quae facere, et Debes, et vales torrens:  
ad ea vero, quae facere nec Debes, nec vales paratus. ita  
repleta est malis anima mea peccatis meis exigentibus. —  
Sape etiam me ipsum, et opera quae feceram laudavi

Hugo de  
 S. Vict.  
 l. 3. De  
 instit. anim.  
 c. 20.

et ab alijs laudari volui. plerumque laus humana, quam  
etiam non querebam, mihi oblata placuit, et cum ex ea  
incaute extollerer, subito multa quae feceram, ad memo-  
riam venerunt, ut amplius in elatione attollerer. quae  
subtiliter replicant, atque in unum curata coacervant, capi  
magis magisque deceptus intumesce. Dumque in mei admira-  
tione occupatus defigerer, mihi datus gloriam, et non deo  
a quo omnia acceperam, omnium fructum amisi, atque ita  
iudici, quoniam qui me laudabant, advesum me  
iudicant. quantum enim quisque in semetipso gloriatur,  
tantum a Dei amore disiungitur. ita Deus meus, infra  
nos appropinquavit vita mea. Si me liberabis, habebis  
unde tibi gratias agam. Si inde non liberabis, non  
habes unde te reprehendam, quoniam iustus es. Huius  
mibi, qualis vixi, quanta mala feci, et dixi? pudeat qui  
sic vixerim, et quod natus fuerim. Mallem non epe-  
gram talis esse. Bonus eram, et malum me feci: utique  
qui sponte me feci miserum, iustum est semper esse  
miserum. Conscientia mea meretur damnationem, peni-  
tentia mea non sufficit ad satisfactionem, sed certum est  
quod misericordia tua delet omnem offensionem. Dele  
ergo pie Domine iniquitatem multitudinis mise-  
rationum tuarum. Ego vero qui usque ad hanc diem  
sine causa vixi, amodo sine causa vivere nolo, sed huius  
miser haec tam saepe sic confessus, surgens, cadens sum  
defessus re peccando toties, confitendo toties. Multo-  
ties promisi me emendare, et nunquam tenui, sed sem-  
per ad peccatum redi, et prioribus sceleribus nova et  
pejora conjunxi. Nunquam ut debui, mores meos in  
melius mutavi, nec a malefactis recepi. plurimos etiam  
me perdens peccare feci, et multis causa mali exiti,  
et exemplis vite meae nonnulli subversis sunt. Ecce pec-  
cata mea misericordiae pie Deus non abscondo, sed  
ostendo, accuso me, non excuso, quoniam iniquitatem meam  
cognosco. Nec ideo iustus sum, quoniam si alter ita me  
accusaret, sicut ego meipsum accuso, patienter sustinere  
non possem. Desperare utique potuissem propter nimis  
peccata, et vitia, culpas, et infinitas negligentias meas,  
quae egi, et quotidie indefinenter ego corde, ore, opere

ps. 101.  
ps. 87.

et omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest,  
 nisi verbum tuum Deus caro fieret, et habitaret in nobis. *Joan. i.*  
 Sed desperare iam non audeo, quoniam subditus ille *phil. 2.*  
 tibi usque ad mortem, mortem autem crucis, tulit chiro-  
 graphum peccatorum nostrorum, et affigens illud cruci  
 peccatum crucifixit, et mortem. gratias tibi ago Domine  
 Deus meus, quoniam visitasti me, et ostendisti mihi pec-  
 cata mea. En vivam, et spirantem quasi atherati, vere  
 penitentis imaginem, atque eximium prolyti sacro-  
 Metanae Decus! Exprebit quoque dignum memorabili  
 conversionis suae exemplo Magister Guerricus, haud post-  
 remum aevi sui lumen, postquam exhaustis fere omnibus  
 philosophiarum, Medicorum, ac Theologicorum studiorum  
 laboribus, tandem aliquando (ad Basilii exemplum) sacri-  
 timoris magisterium subiecit, atque considerata patrum anti-  
 diluvianorum longevitate, utili haec et sancta cogitatione  
 epet compunctus: Tempus quod vixit Adam nonaginti tri-  
 ginta anni fuerit, et mortuus est. Dies Sethi nonaginti duo-  
 decim anni, et mortuus est. Dies Enoch nonaginti quinque anni,  
 et mortuus est. mortui ergo sunt qui tam diu et tantum  
 vixerunt: quid ergo nos faciemus, qui vite nostrae spatia  
 gyro longe breviori absolvimus? agamus penitentiam, et  
 quanto citius ad Dominum convertamur. praevit exemplo  
 suo Guerricus, in alium plane mutatus virum, atque cae-  
 lestis gratiae scaberram misericordiae recreatus. quae etiam  
 felicitate gavisum fuisse perhibent Doctorem Moneta *ibid.*  
 insignem superiorum temporum philosophum, cum ea ore  
 insignis cuiusdam Concinatoris verba sequentia exciperet:  
 ecce video calos apertos! et in praesenti aperti sunt cali  
 ad introitum. quilibet qui vult potest per ianuas aper-  
 tas intrare. Videant et timeant miseri negligentes, ne  
 ipsi qui claudunt Deo cor suum, et os, et manus, regna cae-  
 lorum claudantur, et introire non possint. quid ergo tardatis  
 churissimi? ecce aperti sunt cali! audiens haec ad fores  
 Ecclesiae stans, et auscultans Moneta, vehementissime  
 compunctus est, ac deplorata miserrime miserabile sua  
 vita, plures etiam exemplo suo ad conversionem incitavit.  
 Quanti ponderis, et momenti sit gravissima illa  
 S. Augustini sententia: quod scilicet acutissima, et excellen-  
 tissima ingenia tanto in maiores ut plurimum errorive-  
 rint, quanto praesidentius (superbia nimirum fastuque  
 urgente) tanquam suis viribus cucurrerunt, praeter

Magni  
 specul.  
 Exempla  
 p. i.

Literatos quam plurimos, magno quondam suo periculo didi-  
cit petrus Abailardus, qui licet summus sui sui philo-  
sophus ac Disputator fuerit, prudenda tamen eius elatio esse-  
rit, ut omnium bonorum deo exoptis faceret atq; deserta-  
tioni. Ipse equidem in calamitatis sua historia scribere  
non dubitavit, inde gravissem se sustinuisse multorum  
indignationem, indeq; calamitatum suarum exordia capisse  
quae supra vires etatis de ingenio suo profuerunt, ad  
scholarum regnum aspiraverit. Et quoniam (pergit notan-  
ter) prosperitas stultus inflat, et mundana tranquillitas  
vigorem enervat animi, et per carnales illecebras facili-  
ter rejicit, cum iam me solum in mundo superesse pti-  
tissimum animarem, nec ullam ulterius inquietationem  
formidarem, frana libidini capi laxare, qui antea vice-  
ram continentissime, factum hinc, ut concatenati quasi  
sordium atq; impuritatum serie Abailardus infelicissimus  
S. Muminis Majestatem gravissime laeserit, eorumq; iusti-  
tiam in grave supplicium, et tantum non sempiternum  
exitum provocaverit. Et percipet omnino, atq; perpetua cala-  
mitatis (post temporales plurimas) aleam certo certius subspici-  
ni errores, et lapsus suos gravissimos tandem animae vestiget,  
arrestatq; secunda illa post naufragium tabula, peccata  
etiam sua, ac enormia scelera acerbissime deplorabit, quia-  
imò planissime perspexerit nullarum non calamitatum, et mi-  
seriarum, quae sibi obvenire originem, animo suo male affecto  
naturaeq; ad vitium procliviori esse tribuendam. Justo igitur  
Dei iudicio calamitates (quas pollice memoravit) sibi im-  
missas fuisse remittens, ad salutarem animi à peccatorum  
sordibus liberationem purgationemq; toto pectore aspira-  
vit: cum totus (scribit notanter) in superbia atq; luxuria  
laborarem, utriusq; morbi remedium, Divina mihi gratia,  
licet nolenti contulit, ac primo luxuria, dein superbia,  
luxuria quidem his me privando, quibus exercebam, su-  
perbia vero, quae mihi ex literarum maxime scientia  
nascebatur, illius libri quae maxime gloriabatur, combustione  
me humiliando. Nimirum, non quiescerunt eius adver-  
sarij, donec librum quem de Unitate et Trinitate Divi-  
na conscripsit in ignem ipse projiceret, ac simul infami  
hereseos stigmati, se suarq; placita in pleno patrum con-  
silio notaret, quo facti (inquit) superbi sumus, nec ac-  
cepte gratia memor, de sublimitate mea fastigio fui  
dejectus, atq; Divina tandem pietati (penitentia scilicet  
peracta) vindictus. quo de etiam apprimè notata  
ipsiusmet Abailardi Epistola ad Heloisan feminam,  
primum ei in seculo charam, deinde hinc in christo charissimam.

in qua tum Resipicentia sua serua tum fidei egregia Documenta edidit ad hunc modum: Nolo sic esse philosophus, ut recalcitrem paulo. non sic esse Aristoteles, ut secludar a christo. Non enim aliud nomen est sub celo in quo oportet me saluum fieri. Adoro christum in dextera patris regnantem. amplector eum ulnis fidei in carne virginali de paculeto sumpta, gloriosa diuinitus operantem. Et ut trepida pectoris explorantur, hoc de me teneto quod super illam petram fundavi conscientiam meam, super quam christus fundavit Ecclesiam suam. Cuius petra titulum tibi breuiter assignabo: Credo in patrem, et filium et spiritum sanctum, unum naturaliter et verum Deum, qui sic in personis approbat Trinitatem, ut semper in substantia custodiat unitatem. Credo filium per omnia patri esse coequallem, scilicet aeternitate, potestate, voluntate et opere. — Credo etiam filium Dei factum esse filium hominis, unamque personam ex duabus, et in Naturis duabus consistere. qui post completam suscepta humanitatis Dispensationem passus est, et mortuus, et resurrexit, et ascendit in caelum, venturusque iudicare vivos et mortuos. a quo etiam in baptismo uniuersa remitti delicta, gratiaque nos egere, qua et incipiamus bonum, et perficiamus. lapsosque per penitentiam reformatis de carnis autem resurrectione quid opus est dicere, cum frustra gloria me christianum, si non credidero resurrecturum. Hoc itaque est fides, in qua sedes, ex qua spiritus contraho firmitatem. in hac locatus, salubriter labratus scylla non timeo, veriginem charybdis rideo, mortiferos stercorum modulos non horresco. si irruat turbo, non quatior. si venti perflent, non moveor. fundatus enim sum supra firmam petram\*.

\*. quod errores suos circa varia fidei, et religionis christiana capita tandem correxerit abailardus, testis est petrus Cluniacensis, alius Venerabilis dictus, discipulus, scribens: eum cum S. Bernardo Casswallensi, Lopitini prioribus querebris pacifice conuenisse. multa vero testimonium hac in causa locupletum, ut quam ipsius abailardi apologeticus, seu Confessio fidei uniuersae Ecclesiae filij, in scripta, ubi inter alia leguntur verba sequentia: scripsi aliqua per errorem, quae non oportuit. sed Deum testem et iudicem in animam meam inuoco, quia in his

Petrus  
Vener.  
l. 4. ep. 4.  
ad Innoc. 2.

11 De quibus excusor, nil per malitiam, aut per superbiam praesumpsi. multa in scholis multis locutus sum, nec unquam aquas furtivas, vel parem absconditum habuit mea doctrina, & ceterum, post errorum, et morum suorum sollicitam emendationem, pie vixisse, et obijisse Abailardum itidem testatus est modo laud. petrus Vener. in epistola ad Helojan, his verbis: nisi fallor, non recolo, vidisse me illi in humilitatis habitu, et genere similem: in tantum, ut nec Germanus abiectione, nec ipse Martinus bene discernenti purior appareret. Hoc et in cibo, hoc et in potu, hoc et in omni cura corporis sui servabat; et non dico superflua, sed et cuncta nisi valde necessaria tam in se quam in omnibus verbis pariter, et vita damnata. lectis ei erat continua, oratio frequens, silentium iuge. — Et quid multa! mens eius, lingua eius, opus eius, semper divina, semper philosophica, semper caudatiora meditabatur, docebat, favebat. — In his sacrorum operum exercitiis eum adventus illius Evangelici Visitatoris reperit: nec eum ut multos, dormientem, sed vigilantem invenit. invenit eum vere vigilantem, et ad aeternitatis nuptias, non ut fatuam, sed ut sapientem virginem evocavit. attulit enim ille secum lampadem plenam oleo, hoc est conscientiam repletam sancta vita testimonio: nam ad solvendum commune mortaliu[m] debitum, morbo correptus, eoque ingravescente, in brevi ad extrema[m] perductus est. Ita de petro Abailardo petrus Venerabilis, quo etiam loco illum vere christum philosophum appellare non dubitavit. nec minus notante de eodem chronico Cuniacense Observante Natali Alexandro in select. Histor. Eccl. capit. sac. ii. tit. 2. Dipul. 4. petrus inquit, ab erroribus fidei per vere petrum Hobatem nostrum, et S. Bernardum Abb. Claravall. revocatus est. De[m] mens eius, lingua eius, opus eius, semper divina fuere.

Abailardum alius Metanae prophyeta excipiat, non nisi caelesti beneficio unguibus satanicis, quos pacto abominabili cum Damone inito incuerat exceptus, atq[ue] beata consecratus aeternitati. Haud abs re Curio Sibacem Noxiam Viris dixerat, summo perie vitandam profligandamq[ue] spe quondam monuitur, hoc potissimum

pet. Vener.  
l. 5. ep. 21.  
ad Heloj.

nomine, quod animos Auditorum hominum non nunquam  
 in horribiles adeo ausus abripit, ut, satanda inquietu-  
 dinis ergo, nec in sum Daemonis magisterium refugere, nec  
 ab explicito pacto magico-Diabolico abhorere videantur.  
 qui enim semel ausus est ultra humana concupiscere, de-  
